

- (21.) V. Schottum in Dedicat. Mirabil. Artis & proœm. L.X. Magiaæ part. I. In *Museo Septalii*, præter alia admiranda artificia, complura etiam subtilissima Torevmata videnda prostant, ceu lege-re est in *Museo Septaliano*, à *Paulo Maria Terzago*, Mediolanensi Physico, descripto.
- (22.) V. Schottum part. I. Mag. L.X. syntagm. 4. Et qvanqvam nec otium nec spatum ad seria & necessaria ferè suppetat, non possum tamen, qvin lepidam qvandam de Microscopio historiam, è cap. I. modò citati syntagm. referam: Insignis qvidam & doctissimus vir, scriptisq; libris notissimus, è Bavaria per Inferiorum Austriam in Tyrolim iter faciebat, nuntio comitatus; & in via correptus febri, subsistere fuit coactus in pago qvodam, ubi & mortuus est. Anteqvam terræ mandaretur cadaver à loci Parrocho & incolis, Prætor cum senioribus sarcinulam demortui excusit, invenitq; inter alia Microscopium qvoddam, cum inclusu pulice. Cohorruit Prætor, & qvotqvot ex adstantibus microscopium inspexere, afferentes demortuum virum veneficum fuisse, & Dæmonem vitro inclusum secum gestare, ideoq; indignum sepulturâ esse. Diu tenuit controversia, donec tandem nescio num studio, an casu, aperto instrumento apparuit pulicem esse, qvem Dæmonem putaverant.
- (23.) Ephem. XLII. anni 1666.
- (24.) V. Disp. Excell. Dn. Sturmii de Oculo, Ejusdemq; Colleg. Curios. Tentam. II.
- (25.) Inventorem Cameræ obscuræ invenire non potui. Creditur is eqvidem ab aliquibus Job. Bapt. Porta esse, sed incertâ fide; & si vel maximè occasionem qvandam aut rudimenta ejus subministraverit Porta, probabilissimè tamen usus ejus, saltem perfectus, nostro seculo adjudicatur: ob rationes confimiles illis, qvas superiùs, cùm de Telecopii inventore ageremus, adduximus.
- (26.) De his duobus v. Schott. Mag. part. I. l. I. c. 6. & l. 7. in proœm.
- (27.) V. Act. Angl. Mens. Julii 1669. §. 10.
- (28.) V. Ead. Mens. Novembr. 1665. §. 1.
- (29.) V. Ead. loc. cit. & Ephem. Erud. X. 1666. Generatim autem qui plura de speculis Vistoriis legere cupit, adeat Schottum l. 7. de Magia Catoptro-Caustica.
- (30.) Galileus Galilei, Mathematicus Florentinus, arreptâ occasione è Propos. IV. L. VI. Euclidis primus invenit circulum proportiona-